

1075 [= 2178] rep. in eadem via publica ubi effoderunt lapidem A. Clodii Flacci IIviri Pompeiani n. 1074; extat ad Castellum maris una cum eo GVD.

.... VIBIVS · M · F  
MEN · COEIANVS  
NVCEPINVS  
IIIIVIR  
5 EX · TESTAMENTO  
VIBIAE · M · F  
TERTIAE

Gud. ms. 7, 2, ed. 141, 6.

1076 Pompeiis rep. in domo L. Optati Rapiani (= *casa del Citarista*, reg. I ins. 4 n. 25) supra canalem ad foramen obtegendum. Adseratur in aede Mercurii.

NARDVS  
LIVIAE · L

Recognovi descriptam a Mauio.

1077 [= 2379] cippus hermae similis, quem Pompeianum dixit Guarini, recte puto, propter cippi figuram. Extat in museo Neapolitano.

PRIMIGENIA  
V · A · XVI · M  
III

Descripsi et recognovi. Guarini fast. ed. 4 p. 186; Fiorelli cat. n. 1345.

1078 Pompeiis rep. ad meridiem viae *de soprastanti* in domo A. Octavi Primi collata iuxta parietem GIORN. DEGLI SCAVI. Est in aede q. d. Mercurii.

TRAEBIA · FORTVNATA  
VIXIT · ANNIS · XXIX

Recognovi descriptam a Mauio. *Giornale degli scavi* N. S. 2 (1873) p. 427.

Litterae sunt formae talis: *a* est ▲ — *f* est r — cernitur tam τ quam ρ.

1079 [= 2381] cippus praegrandis hermam referens, quem propter figuram Pompeianum iudicavi. — Extat Neapoli in museo.

L · VOTTON  
IVS · L · F · COL  
SATVRNI  
NVS · DRIPS  
5 VIXIT · ANN ·  
XXVI · MIL · ANN  
V · T · P · I ·

Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1355. 2 de COR ne cogita. — 4 id est *Dripsinas*; cf. vol. V n. 4484 p. 842.

### XXXV. NVCERIA ALFATERNA sive CONSTANTIA (Nocera). *Tribu Menenia?*

Nuceria oppidum ab Italibus conditum esse praeter situm mediterraneum (Plinius h. n. 3, 5, 62: *IX m. p. a mari Nuceria*; cf. Strab. 5, 4, 8 p. 247) ipsum vocabulum ostendit aperte descendens ex voce quae est *novus*, rediens autem alibi in Italia ter, scilicet in Bruttiis prope Terinam, unde habemus nummos inscriptos NOYKPINΩΝ (Sambon rech. p. 344) et in Umbria non longe a Spoleto, quae est Nuceria Camellaria, et in Aemilia prope Regium Lepidum (Ptolem. 3, 4, 46). Campana haec quomodo ab indigenis appellata sit, declarant nummi eius inscripti litteris Oscis *Nuvkrinum Alafaternum*. Latine scribitur *Nucheria* in miliario saec. VII vol. I n. 551, item *Nucheria* in titulo Herculanei reperto n. 1429 et in tabella Pompeiana L. Caecilii Iucundi (n. 145 apud Petram: *statione Nucherina*) et in parietario titulo ibidem reperto vol. IV n. 2183; vulgo autem *Nuceria*. Cognomen oppidi apud vetustiores est Oscum illud *Alfaterna* (Diodor. 19, 65; Liv. 9, 41, 2; denique Plinius h. n. 3, 5, 63 inter populos Campaniae recenset Alfaternos), apud posteriores *Constantia*, quod legitur in itinerariis (v. p. 58) et in libro coloniarum p. 235 et in titulis vol. VI n. 2379. 3884. — Nucerinos annales Romani scribunt a. u. c. 438 ad Samnites defecisse (Diodor. 19, 65: οἱ δὲ τὴν Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρναν καλουμένην οἰκοῦντες πεισθέντες ὑπό τινων τῆς μὲν Ρωμαίων φιλίας ἀπέστησαν, πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συμμαχίαν ἐποιήσαντο), quae est prima eorum apud auctores mentio, deinde a. 446 a consule Q. Fabio Maximo in ditionem acceptos esse (Liv. 9, 41 cf. c. 38, 2: *profectus ad Nuceriam Alfaternam tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluissent, aspernatus est: oppugnando ad ditionem subegit*). Nihilo minus pariter atque Graecae Campaniae civitates Nucerini ad aequum foedus a Romanis videntur admissi esse (cf. Polyb. 3, 91; Silius 8, 534); certe bello Hannibalicum firmiter Romanas partes sumpsisserunt, Hannibal post pugnam Cannensem oppidum vi expugnavit (Liv. 23, 45: *Nuceriam . . . cum aliquamdiu circumsedisset, saepe vi saepe sollicitandis neququam nunc plebe nunc principibus, fame demum in ditionem accepit, pactus ut inermes cum singulis abirent vestimentis;* Silius 12, 424; eos contra pactum imperfectos esse contendunt Val. Max. 9, 5 ext. 2; Appian. Pun. 63; Dio fr. 57, 34 cum Zonara 9, 2); quo facto Romani Atellam oppidum Nucerinis attribuerunt incolis Calatiam migrare iussis (Liv. 27, 3; Appian. Hann. 49). Expulso deinde Hannibale Nucerini non solum ad antiquas sedes sine dubio redierunt, sed etiam propter fortē fidelemque operam, quam in bello eo Romanis praestiterunt, optima condicione fuerunt; quo licebit referre, quod civibus Romanis ad bellum usque sociale opinor ibi ius exulandi fuit (Cicero pro Balb. 44, 28). Etiam certius id efficitur ex viarum Campaniae ordinatione, qualem Romani sexto septimoque saeculo

instituerunt; neque enim casu factum est, ut Nuceriam convergent viae harum regionum omnes tam quae ex Lucania venit a Salerno (p. 2 n. III) quam quibus pergitur per Pompeios Neapolim (p. 58 n. II), per Nolam Capuam (p. 58 n. III), per Abellinum Beneventum (p. 58 n. IV). Veterem Samnitium usum linguamque Nucerinos homines mediterraneos constantissime retinuisse consentaneum est, neque improbabile de Nucerinis intellegendum esse Ciceronis (ad fam. 7, 1, 3) iocum de ludis Oscis in senatu quodam Campano quotidie spectandis. Memoratur deinde Nuceria et servili bello (Diodor. περὶ ἔπιβ. fr. 30; Florus 2, 8) et Cimbrico (Plinius h. n. 16, 32, 132) et sociali (Appian. b. c. 1, 42; Florus 2, 6) et civili (Appian. b. c. 2, 38), videturque omnino ea aetate Nuceria Campaniae meridionalis quodammodo caput fuisse (cf. Pol. 3, 94; Appian. b. c. 1, 42; Cicero de l. agr. 2, 34, 86. c. 35, 96). Itaque cum post proelium Philippense militibus victoribus splendidissima quaeque Italiae oppida destinabantur, Nuceria quoque suae felicitatis poenam solvit (Appian. b. c. 4, 3). Unde est in libro coloniarum p. 235: *Nuceria Constantia muro ducta colonia: deducta iussu imp. Augusti: iter populo debetur ped. LX: ager eius limitibus Julianis lege Augustiana militibus est adsignatus: et alibi in absoluto resedit.* Coloniam appellant etiam Seneca (nat. quaest. 6, 1, 2) et Ptolemaeus (3, 1, 69), item titulus n. 1090. Sed ab antiquo municipii splendore novam coloniam decrevisse appareat cum ex colonorum supplemento deducto eo a. p. C. 57 (Tacitus ann. 13, 31) tum maxime ex titulorum insigni paucitate. Posteriore tempore de oppidi vicibus pauca tantum tradita habemus. A. p. C. 59 *atrox caedes*, ut ait Tacitus ann. 14, 17, *orta est inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo*, de quibus rixis reliqua testimonia supra (p. 90) composui. Terrae motus deinde a. 63, quo Pompei toti perierunt, Nuceriam quoque afflixit (Seneca n. q. 6, 1, 2: *Nucerinorum colonia ut sine clade, ita non sine querela est*); quo referemus inter alia monumentum n. 1081 Nuceriae ex cineribus Vesuvii nuper eruderatum. Denique Gothi ad Nuceriam cum Romanis pugnaverunt (Procopius bell. Goth. 4, 35). — Quae lapides suppedant haec tantum sunt: fuisse Nuceriae duovirois iure dicundo (n. 1081), aediles (n. 1081), quinque viros nescio quos (n. 1081), Augustales (n. 1083. 1084); denique Nucerinos censos esse in tribu Menenia.

Epigrammata Nucerina ex auctoribus saec. XV exeuntis et XVI referunt qui scripsit librum MARCELLIANVM A. 79. 4 (cf. p. 64) et qui FIOLANDIANVM; item ACCVRSIVS una cum Salernitanis (v. p. 64) et PAGLIA (v. vol. IX p. 2) apud Manutium cod. Vat. 5241. Postiores quid addiderint, ex adnotationibus satis intellegitur.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopio.

SEX · ATT · L · F · MEN  
EX · TESTAMENTO  
ARBITRATV · SEX · ATT · SEX · L · ERO TIS  
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAES

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopio c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI  
INNOCENTISSIMAE  
FEMINAE · BATINIUS  
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

in arca:

puer	vas ansa-	puer
personam	tum cum	personam
sustinen	pomis et	sustinen
	frondibus	

Recognovi descriptam a 1877 a Stevensonio.

Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8135 supra arcum rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIA'E  
Q · VIX ANN LVIII M XI D · XV  
CORNELIVS CARPOPHORIAN  
MATRI DVLCISSIMAE


Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. crist.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA*i*  
RVFO · LICINIA · VX*or*  
VIRO · SVO · BENE · ME*renti*  
ET · SIBI · VIVA · FECIT  
5 HOC · MONVMNTVM *sive*  
SEPVLCRM · H · N · S

Minervinius misit acceptam a syndico Casolensi Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134.



Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 26. Misit item Barnabeus.

ad p. 89. Ad celebranda clavis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prouidit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. mus. Rhen. 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierius l. c. (vide ad p. 89) p. 43 seq. quod probatum ivit Pompeios interisse facta eius autumni vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

/ / / / / CIVN / / /  
/ / / / / -11111 / / /  
5 · Q / / / 11VS / O / / E  
/ / / / / A / / / / /

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Jul. 1879.

DEPSSIO INFATES  
ASELIES QYE VIX  
IT ANNVS TRES  
FFLL VINCENTIO  
5 ET FRAVTO VV CC p. C. 401  
CONSS

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 208 (inde Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NOMINE X HIM  
OPPIO PAVLO · DVL  
CISSIMO · FILIO · QVI  
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II  
5 DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS  
P B X M P

Rispoli apud Fiorellium  
*Not. degli scavi* 1879  
p. 225; I. B. de Rossi  
*Bull. crist.* 1879 p. 120.

1 in nomine Christi Hi(esu)m explicat Rossius, citans Tropeanam n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE  
PVELLHE columba  
an NVOS SEX cum ramo  
BENEMERENTI olivae X

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 124.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 124.

Hexametri exordium.

### XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

'Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 ('*piedra viva*' Acta). 1015 ('*piedra viva*' Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmori n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828.

830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906.

908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986.

988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035.

1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071.

1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Operae museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990.

1065. 1074. 1075.